Oratio 1.

De Morbis habita in praesentia totius Ven. Conventûs. XII.

1660.

Dolendum est Auditores ornatissimi tantis ignoran-
tiae, caecitatisq; tenebrarum involucris hodie miseros mor-
tales esse involutos, atq; immersos, tantis divinum rōis
lumen nebulis esse obfuscatum, tantâ, tamq; corruptâ
ac perversa iudicandi ratione mentes hominum, ani-
mosq; esse infectos, et imbutos, ut ea ipsa, quae Deus
ter Opt. Max. ad illorum salutem, et eum, ad quem
creati universi sunt finem consequendum, ordinare
disponereq; consuevit, tamquam pestes quasdam, et
nescio quas Herculeas hydras, in communem omniu
hominum perniciem, ac interitum natas esse suspi-
centur, atq; inextricabilem omnium malorum laby-
rinthum esse existimant, aversantur, fugiant, atq;
calumnientur; dicteriis et quod prô nefas, deploran-
dum est, scommatibusq; proscindant: At vero mihi
talium rerum integrum exercitum, atq; totas, ut
aiunt, quadrigas onustas in medium afferre, mini-
me difficile foret. Quid si morbos, corporisq; cala-
mitates tales esse dicam? quid si dicam utrum adver-
sa, seu mala, ut appellant, prospera valetudini prae-
ferenda sit? imo dicam; Et dicam quanta utilitates